



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Marcivs C. 24. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

584 *Vita Sanctorum.* 24. O.C.T.
quæ ab omnibus seculis exempla fortitudinis in omni sexu non mendicabis,
omnia spectanda uno die dedit virtus
Christiana. *Ex Metaphr.*

S. MARCIVS C. 24. Octobri.

Orbi Romano Iustino Iuniore imperante, rectius sibi MARCIVS imperavit. Aula illi spelunca non procul Caleno in Campaniâ, quanto angustior tanto augustior fuit; pincerna verò petra, quæ aquæ tantum, quantum sat erat, quot diebus fida ministravit. Doluit dæmon malus & veterem serpentis larvam indutus, sive oranti, sive cœnanti, sive quiquid demùm aliud agenti accubare perstigit. Ille orcum vicissim ludos faciens, nunc pedem, nunc manum ultro ori ita ingessit, ut tamen dentem malum figere hic minimè auderet, sed post triennium victimum se falsus per alterum montis latus in pæceps abiret, ambulis circum circa omnibus, quæ volvebatur, arbustis. Sed ecce tibi pugnam, quæ dæmon ceciderat, prostitutæ frontis foemina parat restituere. Quis credat? periculosius longe certamen hoc MARCIVS credere, non jam ludere, sed fugere, sed in faciem abjectus nec oculo hostem audere alpicere. Cessit tamen etiam hæc, atque ne victimam dubitares, mortua corruit, & subinde alii sanctiore cōsilio ad MAR-

CIVM

OCT.
forti-
cabis,
virtus
obrū.
re im-
RCIVS
on pro-
angu-
rna ve-
quantum
stravit,
em ser-
ati, sive
a aliud
cum vi-
n, nunc
tamen
mè au-
si se fal-
n, pra-
ca om-
ed ecce
ciderat,
t resti-
s longe-
ere, non
faciem
ere al-
, atque
ruit, &
MAR-
CIVM

24.OCT. *Vita Sanctorum.* 585
CIVM inviserint; quos inter puerum
memorant, fallente vestigio, in subje-
ctam vallem innoxie lapsum. *Quid?*
quod saxum ingens spelæo imminens
& à rupe suâ avulsum saltu MAR-
CIVM transiit, qui jam à principio ca-
tenæ, quæ modum ambulationi præ-
scriberet, pedem alterum illigavit; mo-
nitus tamen à D. Benedicto amoris po-
tiū funiculis teneri vellet, catenam
quidem posuit, cæterum longitudinem
ejus nunquā excessit, nisi cum excedere
denique mors felix jussit. Ex S.Greg.P.

B. IOANNES ANGELVS C.

24. Octobrus.

JOANNEM ANGELVM exhibeo,
vel nomine suo debitum VIRGINI;
cui nempe si immortales illi Angeli
servire gaudent, quidni noster etiam?
Atque hoc est, quod Mediolani in libe-
râ nobilique familiâ natus annumerari
tamen Florentiæ Servis MARIÆ præ-
optarit. Ibi illum, ut scias quo vota sua
miserit, abiisse inter preces in aëra
ajunt, multaque alia fecisse, quæ posteri
miramur. Sola castissimi interula in-
numeris parientibus auxilio velut ob-
stetrix salutaris adfuit. Racemum cum
è vite alio tulisset, & ægrè alii hoc fer-
rent, viti suæ quam mox ita restituit,
ut ne cicatricem è vulnera superstitem
cerneres. Illud omnino & scriptu &

Pp lectu